



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Mittitur à Pio IV. ad Ecclesias Germaniæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

detrimentum religionis inæstimabile absentia eius viri per eas oras cederet. Verebatur videlicet nequam partem administrandæ societatis, vnde Romæ teneretur, Patres ad eum deferrent. Quos ipsos crediderim Patres respectu motos vt ingratiuissimis demandandis muneribus præsertim assistentium, cum præterirent. Quamquam nonnullarum Prouinciarum Patres, ac nominatim Lusitaniani defuere, qui sibi Prouincialem eum expeterent. Creato Præposito Generali Francisco Borgia, Pontifex Pius quartus arduam Canisio peregrinationem iniunxit: vt Tridentinum Concilium, quod iam cœptum erat promulgari, ad Ecclesias Germaniæ deferret, & Dynastas Catholicos, additis propriis mandatis rerum, quas apud quosq; ageret. Adiecit & Borgia titulum, ac potestatem Visitatoris in Societatis Prouincias tres Rhenanam Austriacam, & Germaniæ superioris, cuius ille potestatis pro sua modestia nusquam vllam attigit partem: nisi si quid vsquam consilij instar subiiciendum fuit.

Igitur vbi primum licuit, ab Vrbe cum vno duntaxat viæ comite profectus, die Nouembrii 21. Coloniam attigit. Sed quoniam à Pontifice ad Se-

Mittitur à Pio
IV. ad Ecclesi-
as GERMANIA.

ad Senatū Coloniensem expectabat literas, nulla
 re Coloniae acta, dum eae literae perferrentur, No-
 uiomagum in Patriam suam excurrit. Iniquum
 enim erat, qui apostolicam salutationem ad alias
 circa perferebat Ciuitates, vt præteritam faceret
 suam: nec conueniens erat, vt quo fructu alienae
 tot Prouinciæ alebantur, eum parens, alrixq; ter-
 ra non degustaret. Conspexere Ciues ex tanto in-
 teruallo alumnum suum a deo virtute auctum,
 famaue nobilitatum, qua gratulatione par erat.
 Senatus ipse quanquam non vsquequaq; Catho-
 licus honorifica salutatione, & honorariis donis,
 quibus magnas personas solet, excepit. Hæsit ille
 ferme dies octo Nouiomagi. Quo tempore & la-
 tina oratione discentes in gymnasio, cum Cano-
 nici, ludique Magistri omnes, ciuesq; frequentes,
 qui latine callebant, auditum confluxissent, do-
 ctè, grauiusque ad veræ sapientiæ laudes inflam-
 mauit, & in summo templo ad multitudinē ver-
 nacula lingua semel, atque iterum perorauit, Ci-
 uium tanta frequentia, vt eo minus sit omnibus
 factum satis, quod omnium ad aures aduehere
 pias merces vox interuallo fatigata non posset.
 Descendentem autem è suggesto ita obseruabat
 multi-

*Nouiomagum
 renisit.*

*Quam multa
 b; eui, quanto
 exemplo ibi
 gesta.*